



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXVII. Alternativa in Provincia Hispania S. Jacobi Minorum de Observ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irrum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinum præfatorum, aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XIV. Apr. MDCLXXXIV. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CXXVII.

Reformatur Alternativa in Provincia S. Jacobi in Hispania Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

Similem Alternativam statuit hie Pontifex supra Constit. Illius qui 17. Constit. Pro parte 30. Constitut. Cum 58. Constitut. Exponi nobis a 127., & 130.

Dat. 30. Apr.
1684. An. 8.

Exordium.

Species facti.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia Christifideli, qui e fluentibus saeculi in portum vita Religiosæ confugerunt, quieti, & felici directione jugiter invigilans, ea, quæ justis ex causis statuit, si quid inde exoriri novit incommodi, interdum reformat in melius, sicut æquitatis, & Justitiae rationi consentaneum esse in Domino arbitratur.

§. 1. Alias siquidem Nos supplicationibus tunc existentis Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut in Provincia Sancti Jacobi in Hispania dicti Ordinis, Alternativa circa electionem ad Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum Provinciae hujusmodi officia inter ejusdem Provinciae Fratres Gallacos ex una, & Fratres Legionenses, Asturienses, & Castellanos Castellæ Veteris ex altera partibus servari deberet, auctoritate Apostolica sub certis modo, & forma tunc expressis, statuimus, & ordinamus, prout plenius continetur in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis tenoris, qui sequitur videlicet.

Innocentius PP. XI. Ad perp. rei mem.

§. 2. Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus cura animum nostrum solicitat ad ea peculiari paternæ charitatis studia statuenda, per quæ Christifideliam Divinis obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipatorum quieti, & felici regimini opportunit rationibus salubriter consuatur. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum Provincia S. Jacobi in Hispania dicti Ordinis quadraginta tribus confit Conventibus, quorum viginti duo in Regno Gallæcia confitunt, & a Fratribus Gallæcis obtinentur, reliqui vero viginti (unus enim tempore bellorum Lusitanicorum destructus fuit) in Regno

Legionis, ac principatu Asturiarum, & Castellæ Veteris positi sunt, & proinde ad Fratres ex his statibus oriundos pertinent, itaut ex omnibus simul formentur duo corpora, unum quidem ex Fratribus Legionensibus, Asturiensibus, & Castellanis, alterum vero ex Gallæcis qui religiositate, observantia, literatura, & numero non cedunt dictis Fratribus Legionensibus, Asturiensibus, & Castellanis, sed illis saltē pares sunt. His tamen non obstantibus Fratres Gallæci predicit a multis, & quidem saltē viginti quatuor annis excluduntur ab honore Provincialatus, & Vicariatus Provincialis dictæ Provinciæ, quinimo frequenter ad minora officia ægre pervenient; Unde, & Justitia distributiva lædit, & Personarum meritum offendit, & vitiosa personarum acceptio inducit, cum inter eosdem Fratres Gallacos multi floruerint, & etiam nunc florent probitate, doctrina, & gubernandi artibus ingens, qui potenter, & possunt officia majora, & minora æque bene exercere, ac Fratres Legionenses, Asturienses, & Castellani predicit illa sustinuerint, & sustineant de præsenti. Quia vero propter exclusionem hujusmodi inter duo corpora præfata graves contentiones, odia, & scandala frequenter, & præsertim occasione celebrationis Capitulorum, & Congregationum dictæ Provinciæ oriuntur, non sine notabilissimo religiosa disciplinæ, fraternaque charitatis detimento; Ideo dilectus filius moderus Minister Generalis Ordinis predicit, qui in multis Capitulis, & Congregationibus hujusmodi inordinationes pluries animadvertere potuit, animi sui sensum protulit, ad occurrentum hujusmodi incommodes, expedire, ut Alternativa in electionibus dictæ Provinciae stabilietur, ita scilicet, ut uno quidem triennio Minister Provincialis, & duo Diffinitores ex corpore Fratrum Gallæcorum, ac Custos, & alii duo Diffinitores ex altero corpore; subsequenti autem triennio e converso, Minister Provincialis, & duo Diffinitores ex corpore Fratrum Legionensium, Asturiensium, & Castellorum, ac Custos, & alii duo Diffinitores ex corpore Fratrum Gallæcorum hujusmodi respective elegantur; Guardianatus autem, Lectoratus, & alia officia totius Provinciae predicitæ, in singulis illius Capitulis, & Congregationibus pro æquitate portionibus inter Fratres utrinque corporis, nempe Gallacos ex una parte, & Legionenses, Asturienses, & Castellanos ex altera distribuantur, atque ita de triennio in triennium serventur, quod quidem eo facilius procedere potuerit, quod per Alternativam, & æqualem distributionem officiorum hujusmodi nulli libertati Electorum præjudicium inferetur cum unumquodque ex prefatis duobus corporibus adeo amplum sit, ut ex se solo valeat Provinciam constituere maiorem multis, quæ in ordine prædicto reperiantur. Quare dictus Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune provideat, & ut infra indulgeret de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuire volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententias, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serieb solventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum, ex Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus ad superscriptas preces examinandas specialiter deputatorum consilio, ut in posterum in præfata Provincia S. Jacobi Alternativa supra narrata fideliter observetur, itaut uno triennio Minister Provincialis, & duo Diffinitores elegantur ex Fratribus Gallæcis; Custos, & alii duo

Describitur
Alternativa
eaque facili-
tatem inter
Frates Gal-
laecis ex una
& illos Le-
gionis, Afu-
ritæ, ac Ca-
stellæ Veteris
ex altera par-
te.

Diffini-

Difinitores ex alii: altero vero subsequenti triennio e converso Minister Provincialis, & Custos eligantur: Guardianatus autem per partes aequales inter Gallacos ex una, & alios, ex altera partibus in singulis Capitulis, & Congregationibus dicta Provincia, prout etiam Lectoratus, aliaque officia eadem omnino paritate, servata tamen semper canonice electionis forma, distribuantur, auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus, & mandamus. Mandantes propterea, & districte praeципientes omnibus modernis, & pro tempore existentibus Superioribus, & Commissariis Visitatoribus praefatis Provincia, ut praedictam Alternativam executioni demandent, & ab iis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari faciant, sub penitus privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae, & perpetuae inhabilitatis, necnon nullitatis omnium actuum Capitularium, quos contra praefatam dispositionem fieri contigerit, aliisque arbitrio Venerabilis Fratris Alderani Episcopi Tusculan. ejus S.R.E. Cardinalis Cybi nuncupati moderni, & pro tempore existentis dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris adversus contra facientes, & contradicentes diligendis. Ac Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judges Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciae, & Ordinis prefatorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 2. Maii 1684. Anno Quinto.

Causa reformationis Alternativae.

§. 3. Cum autem sicut dilectus filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit, Fratres quidem ambarum partium praefatarum publicationi, & stabilitudo Alternativae hujusmodi consenserint, contra vero protestati sint ejusdem Provinciae Fratres ex aliis Hispaniarum Regnis, nempe Castellae Nova, Aragoniae, Navarra, Bethica, Extremadura, aliisque Regionibus respective oriundi, quippe quorum in distributione officiorum Provinciae hujusmodi nulla ratio haberetur, tametsi praeteritis temporibus ex his Regnis, & Regionibus exteris orti fuerint ii Fratres, qui eamdem Provinciam maxime illustrarunt, & adhuc de presenti multi reperiantur Fratres exteri, qui habitum Regularum in dicta Provincia suscepserunt, idemque posthac quoque faturum esse merito existimari potest, cum ex omnibus Regnis, & Regionibus exteris hujusmodi adolescentes studiorum causa ad celeberrimam Hispaniae Universitatem Salmanticen. confluant, ubi Religionis statutum Deo vocante, in praefata S. Jacobi amplectentur: Ac proinde idem Petrus Marinus Minister Generalis, cui prae dictam protestationem ex subscriptionibus graviorum Fratrum, quas penes se habet, vere constat Fratres exteri prae dictos in honorum distributione defraudatos reperiri, aequum, ac quieti, bono-

que publico ejusdem Provinciae conducibile fore existimat, si ipsi quoque pro eorum meritis, & laboribus, quos in obsequium Religionis sustinent, eorumdem honorum premia pariter consequantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in premisis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipius Petri Marinii Ministri Generalis de religiosa Subditorum suorum tranquillitate, animarumque servitute solliciti desiderio favorabilem assensum hac in re quantum cum Domino possumus praeberere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, exquisita super praemissis sententia memorati Alderani Episcopi nunc Portuen. Cardinalis, & Prostotoris, cui dictus Petrus Marinus Minister Generalis, & dilectus etiam filius Commissarius Generalis Curie dicti Ordinis defuper consulti, ex documentis authenticis constare fecerunt, praefatam S. Jacobi Provinciam componi non solum ex praedictis duabus Nationibus Fratrum Gallarum ex una, & Fratrum Legionensium, Asturiensium, & Castellae Veteris, ex altera; sed etiam pro altera tertia parte ex Fratribus forensibus (nempe ex ceteris Hispaniarum, Portugallie, & Hibernia Regnis) religiositate, doctrina, & meritis ceteris non imparibus. Attentis his omnibus pro bono pacis, & tranquillitatis ejusdem Provinciae, auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus pariter, ac decernimus & ordinamus, ut in ipsa Provincia Alternativa, & distributione officiorum fieri debeat equaliter in tres partes, scilicet ut uno triennio Minister Provincialis, & unus Difinitor ex corpore Fratrum Gallarum, Custos, & alius Difinitor ex corpore Fratrum Legionensium, Asturiensium, & Castellae Veteris, & ceteri duo Difinitores ex corpore Fratrum forensium: Subsequenti triennio Minister Provincialis, & unus Difinitor ex corpore Legionensium, Asturiensium, & Castellae Veteris, Custos, & alius Difinitor ex corpore forensium, & reliqui duo Difinitores ex corpore Gallarum: Altero vero triennio Minister Provincialis, & unus Difinitor ex corpore forensium, Custos, & alter Difinitor ex corpore Gallarum, reliqui duo Difinitores ex corpore Legionensium, Asturiensium, & Castellae Veteris respectively eligantur. Guardianatus autem, Lectoratus, & alia officia totius Provinciae praedictae in singulis Capitulis, & Congregationibus pro aequis portionibus inter dictas tres partes distribuantur, atque ita de triennio in triennium servetur, servata tamen in reliquis omnibus canonice electionis forma.

§. 4. Quapropter harum serie mandamus, & districte praecepimus omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus superioribus, & Commissariis, Visitatoribus praedicta Provincia, ut Alternativam, & distributionem officiorum hujusmodi sic per praesentes a Nobis stabilitas executioni demandent, & ab illis ad quos spectabit, observari faciant sub penitus privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae, & perpetuae ad illa inhabilitatis, nec non nullitatis omnium actuum Capitularium, quos contra earumdem praesentium dispositionem fieri contigerit, aliisque arbitrio prefati Alderani Episcopi, & Cardinalis moderni, & pro tempore existentis dicti Ordinis Protectoris adversus contra facientes & contradicentes diligendis.

§. 5. Decernentes similiter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for-

Preces Mi-
nistri Gene-
ralis.

Reformatio
Alternativae
in tres par-
tes, duas vi-
delicet praedictas, &
Frates Fo-
renses.

Clausula.

tiri,

tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari: Sique in præmissis per quoquaque judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 6. Non obstantibus literis nostris præinsertis, alisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in eisdem literis concessimus non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. April. MDCLXXXIV., Pontificatus nostri Anno Octavo.

CXXVIII.

Statuitur, ut in Provincia Lugdunensi Fratrum Congregationis Gallicanae Tertiæ Ordinis Sancti Francisci executioni mandetur Breve Clementis X. circa Fratres Oblatos, sive Servientes.

De hisce Oblatorum Indultis vide Clem. X. Constit. ed. 1672., Maij 12., Pont. III. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1681., Augusti 17., Pont. V. De Constitutionibus vero vid. Conf. ed. 1688., Martii 13., Pont. XIII.

Dat. 20. Maij
1684. An. 8.

Species facti.

Litteræ Clem.
X., quibus
extenduntur
Indulta ab
Urb. VIII.
Oblatis tunc
existentibus
concessa ad
quoquaque
alios etiam
futuros.

Causa Statuti.

Pretes Pro-
vincia Lug-
denensis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

DUdum fel. rec. Clemens PP. X. prædecessor noster supplicationibus tunc existentium Superiorum Congregationis Gallicanae Fratrum Tertiæ Ordinis Sancti Francisci nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus circa Fratres Oblatos, sive Servientes, ac Fratres laicos dictæ Congregationis nonnulla concessit, & statuit, prout continetur in ipsius Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur videlicet. *Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Injuncti Nobis. (Reliqua vide supra laudato loco).* Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Maij 1672., Pontificatus nostri Anno Tertio.

S. 1. Cum autem sicut dilecti filii Nicolaus Lugdunensis Provincialis, aliquæ Superiores, & Fratres Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdun. præfata Congregationis Gallicanae Nobis nuper exponi fecerunt, præinsertarum executio in eadem Provincia haec tenus suspensa fuerit, quia perpauci in ea reperiebantur Fratres Oblati, sive Servientes, qui haberent conditions requisitas, adhoc, ut ad statum Fratrum laicorum admitterentur, qui vero eas habebant, suo statu contenti, in eoque permanere velle videbantur; verum modo Fratres Oblati, sive Servientes dictæ Provinciæ hujusmodi sint inquieti, & ad statum Fratrum laicorum præfatorum admitti plurimum desiderant. Nobis propterea dicti Exponentes de eorumdem Fratrum Oblatorum, sive Servientium quiete solliciti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata existant ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore

censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis præfati audiverunt, consilio, præinsertas Clementis prædecessoris literas, tameci carum exequitio suspensa fuerit, ut præfetur, nihilominus deinceps in supradicta Provincia Sancti Ludovici, seu Lugdunen. executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia posse, & debere, auctoritate Apostolica tenore præsentem, statutus, & ordinamus.

S. 3. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtineré, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: Sique, in præmissis per quoquaque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in præmissis Clementis prædecessoris litteris concessa sunt non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Maij MDCLXXXIV. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Statutum
exequendi
relatas Cle-
mentis liter-
as in dict.
Provincia.

Clauſule.

CXXIX.

Confirmatur statutum Capituli Provincialis Fratrum Tertiæ Ordinis Sancti Francisci in Gallia de regula servanda in morte Provincialis, & vacatione Diffinitoriatus.

Hujus Tertiæ Ordinis Regulam confirmavit, & approbavit Leo X. Constit. Inter cetera 42. Tom. I. & ibi vide, quæ notantur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Benedictus Parisinus Frater expesse professus, ac Procurator Provinciae Franciae seu S. Francisci Tertiæ Ordinis ejusdem Sancti Francisci stiriorum Observantia in Gallia, quod cum in statutis, seu Constitutionibus dicti Ordinis a Sede Apostolica approbatis non fuisset sufficienter provisum in eventum, quo mors Ministri Provincialis, ac mors pariter, seu vacatio Diffinitoriatus Provincia hujusmodi, antequam sua respectiva officia explevissent, accideret; ideo ad tollenda qualibet inconvenientia, quæ exinde oriri possent, propositum fuit, & a toto Capitulo Provinciali præfata unanimi consenuit receptum, & admissum statutum tenoris, qui sequitur vide-

littere:

S. 1. Si Provinciale Ministrum in officio suo mori contigerit, Guardianus Conventus, in quo vel proprior loci ubi obierit, & Secretarius Defuncti scripturas qualcumque ad Provinciam & ejus, sive totius Ordinis negotia, & interesse quovis modo spectantes, illas non legendo minoribus Provinciae, & Conventus sigillis benemunitas ad Provinciale ultimo absolutum, vel eo deficiente ad antiquorem in Religione Patrem, qui Provincialatus, vel eo deficiente, qui Vicarius Provinciae, vel utriusque defectu qui Diffinitoriatus officium functus fuerit una cum Sigillis Provinciae deferant, & consignent. Prædicta autem qui receperit, statim Ministrum Generalem de tali obitu admonebit, qui si intratrium dierum iterationis spatium constat, con-

Dat. 12. Junij
1684. An. 8.

Capita Statuti

Statutum.

Quid agen-
dum in mo-
te Provin-
cialis?

fulendus